Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxxxiij

92

Factum est in vigilia matutina. et ecce respiciens dominus super castra egyptiorum per columnam ignis et nubis interfecit exercitum eorum. et subvertit rotas curruum. ferebantque in profundum. Dixerunt ergo egyptii. fugiamus israelem. dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam super mare. ut revertantur aque ad egyptios super currus et equites eorum. Cumque extendisset manum contra mare. reversum est primo diluculo ad priorem locum. fugientibusque egyptiis occurrerunt aque. et involvit eos dominus in medios fluctibus. Reversique sunt aque. et operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis qui secuti sunt eos ingressi in mare. nec unus quidem super fuit exercitus. Filii autem israel perierunt per medium siccum maris. et aque eis erant quasi murus a dextris et a sinistris. liberavitque dominus in die illa israel de manu egyptiorum. et viderunt egyptios mortuos super litus maris. et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuitque populus dominum et credidit domino et moysi servo eius. Cum quo cecinit moyses et filii israel carmen hoc domino et dixerunt.

Cantemus domino gloriose enim Tr. honorificatus est equum et ascensorem proiecit in mare adiutor et protector factus est mihi in salutem. ℣ Hic deus meus et honorificabo eum deus patris mei et exaltabo eum. ℣ Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Oratio.

Deus omnis antiqui miraculis in populis quoque sclo corruscare fecisti. pro quibus. ut misericordiam quod prodiem populum ab egyptiis liberasti. hoc ad salutem gentium per aquas baptismatis operis. ℣.

Et erit heredi lo ꝯ ꝯ ꝯ. Vias servos domini et iustitiam eorum apud me dicit dominus. Omnes sitientes venite ad aquas. et qui non habetis argentum festinate emite et comedite. ℣ Venite emite absque argento et absque ulla commutatione vinum et lac. Quare appendetis argentum. et non in panibus et laboremini non satiantur. Audite audientes me et comedite bonum. et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram et venite ad me. audite et vivet anima vestra. Et ferian vobiscum pacem sempiternum. miseras dauid fidelis. Ecce testem populis dedi eum. ducem ac preceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas vocabis. et